EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES – Sessions 2024					
QUESTIONNAIRE					
Date :	06.06.24	*Horaire :*	08:15 - 10:15	*Durée :*	120 minutes
Discipline :	LATIN	*Type :*	écrit	*Section(s) :*	CA / CA-LLCO / CA-MAT / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CG-COMED / CG-SPO / CI
				Numéro du candidat :	

Texte connu (30 points)

Petis ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis. Gratias ago ; nam video morti ejus, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam. Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu quasi semper victurus occiderit, quamvis ipse plurima opera et mansura condiderit, multum tamen perpetuitati ejus scriptorum tuorum aeternitas addet. Equidem beatos puto quibus deorum munere datum est aut facere scribenda aut scribere legenda, beatissimos vero quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus et suis libris et tuis erit. Quo libentius suscipio, deposco etiam quod injungis.

Erat Miseni classemque imperio praesens regebat. Nonum kal. Septembres hora fere septima mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine et specie.

Pline le Jeune, *Lettres*, VI, 16 (115 mots)

Texte inconnu (30 points)

L'importance de l'amitié

Cicéron se plaint de son isolement à Rome : ni son ami Atticus ni son frère ne sont là pour le soutenir.

Nihil mihi nunc scito[1] tam deesse quam hominem eum quocum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, una communicem[2] ; qui me amet, qui sapiat, quocum ita loquar ut nihil fingam, nihil dissimulem° […]. Abest enim frater amantissimus[3]. […] Tu autem, qui saepissime curam et angorem[4] animi mihi sermone et consilio levasti[5] tuo, qui mihi et in publica re socius et in privatis omnibus conscius[6] et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps[7] esse soles, ubinam[8] es ? […] Cum bene completa[9] domus est tempore matutino[10], cum ad forum stipati[11] gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus quocum aut jocari[12] libere aut suspirare[13] familiariter possimus. Quare te exspectamus, te desideramus, te jam etiam arcessimus[14] : multa sunt enim quae me sollicitant[15] […].

Cicéron, *Lettres à Atticus*, I, 18 (115 mots)

[1] scito	impératif singulier de *scire*
[2] communico, as, are	partager
[3] amantissimus, a, um	(ici) très affectueux
[4] angor, oris, m.	angoisse
[5] levo, as, are, avi, atum	soulager
[6] conscius, a, um	(ici) confident
[7] particeps esse + gén.	prendre part à
[8] ubinam ?	où donc ?
[9] completus, a, um	plein, rempli
[10] matutinus, a, um	du matin, matinal
[11] stipo, as, are, avi, atum	escorter
[12] jocor, aris, ari	plaisanter
[13] suspiro, as, are	soupirer
[14] arcesso, is, ere	faire venir, appeler
[15] sollicito, as, are	inquiéter